Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

[Proemium]

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

Reduplicative

habere simul dulcedinem et in hoc sensu non à vita oppio non tn̄ denotat rationem formalem habendi dulcedinem, ipsa albedinem. Eo summum reduplicative, et sic denotat rationem formalem sub qua predicatum convenit subjecto. v.g. rationale in quantum rationale, est visibile. ubi illa particula sumpta reduplicative denotat rationem formalem sub qua predicatum convenit subjecto: rationalitas n. est ratio formalis visibilitatis.

Pro complemento duorum librorum Perihermenias posset hic disputari an propositiones de futuro contingenti habeant determinatam veritatem vel falsitatem, sed quia haec dicta caput tyronum excedere videntur, illam alibi commodius tractabimus. §.

16. Jann:

INSTITUTIONUM DIALECTICARUM PARS TERTIA

O. Const.

Consideratis istis quæ ad 1am et 2am mentis operationem spectare videbantur, restat ut et aliquid de 3a quæ discursus dicitur in medium adferamus. ad eam enim cum in 2. superioribus partibus dicta reducimus et ordinamus. Quia vero omnia quæ in hac parte tradi solent in una argumentatione conveniunt prius de illa quid sit, agemus; et postea ad eius species descendemus. Eorum fundamenta petentes ex lib: priorum Artis, ut in proemio nostro promisimus.

Dubium Primum Quid sit Argumentatio.

Argumentatio est oratio in qua ex una vel pluribus propositionibus alia sequi denotatur. Hæc definitio ut melius intelligatur revocandum est in memoriam illud quod supra diximus de tertia mentis operatione. Quod illa sit quædam ratiocinatio, seu discursus, in quo unum ex alio infertur. v.g. si sic dicatur. Omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal; in quo non tantum apprehendimus res, nec tantum indicamus, aliquid esse vel non esse — Definitio Argumentationis. / Argumentatio dicitur discursus.

esse